

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[121\] : De Europa](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [121] : De Europa

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 24 : De Europe](#)

a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[121\] : D'Europe](#)

est une traduction de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[121\] : D'Europe](#)

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), [Thalim](#) (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). [Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 \(CC BY-SA 3.0 FR\)](#)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

Présentation du document

Publication [Francfort, André Wechel, 1581](#)

Exemplaire [Regensburg \(Allemagne\), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307](#)

Formatin-8

langue(s) [Latin](#)

Pagination [p. 1068](#)

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Europe](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

De Europa.

Memoriae prodiderunt antiqui Iouem sub tauri forma Europam rapuisse ac vitiasse, ut ostenderent quam decora sit moderatio in omnibus illecebris voluptatum, quippe cum tanta sit vis libidinis, nisi quis sibi à turpibus temperet, ut coegerit vel Iouem ipsum turpissimum fieri animal & propè in Venetem furibundum.

De Penelope.

Penelopes exemplo nimirum ceterarum foeminarum virtutes excitabantur, & continentia, & patientia in rebus difficilimis, & conservatio rerum domesticarum, & in omnibus demiq; prudentia: quam idcirco Ulyssis siue rationis uxorem fixerunt. est enim multo difficilius animum bene temperantia & virtute cõmunitum expugnare, siue ad aliquã turpitudinem impellere, quam sit expugnare Troiam. quare fixerunt ipsam urbem decennium pertulisse obsidionem, & Penelopen neq; per viginti quidem annos expugnari potuisse. hanc igitur tanquam singulare exemplar virtutum omnium multis præconijs antiqui celebrarunt ad imitandum: cum multis artibus & vanis pollicitationibus procos fefellerit, quos tamen vi domo eijcere nullo pacto poterat, vel si voluisset.

De Andromeda.

Per Andromedam verò adhortabantur posteros antiqui ad pietatem, animiq; moderationem, cum omnia quæ habemus bona sint à clementia & bonitate Dei immortalis accepta, quæ quidem data sunt ad nostram, ceterorumque hominum commoditatem, at non ad opprimendos imbecilliores. Quod si quis ob aliquam præstantiam nimis elatus fuerit, nimisq; arroganter illa utatur, huius vindicem esse eundem Deum mox sentit, cum numen vel illi ipsi arroganti, vel posteris adimat, quod benignè concesserat. atq; propter regum vel maiorum grauissima peccata, vel totæ urbes aliquando, vel totæ familiæ funditus euertuntur.

De Ulyssæ.

Ulyssæ autem, tanquam effigiem & picturam in qua cernerentur humanæ vitæ perturbationes, introduxerunt antiqui. nam cum ex altera parte difficultates & labores, ex altera voluptates ac suauitates nos circumstant, sicuti dictum est cum de Scylla loqueremur, is demum solus sapiens existimandus est,